

Μάσα μὲν γέ, inquit Galenus 4. acut. t. 3. αἱ θερμαι καὶ ξηραι εἰ-  
τιαι καύσες ἐργάζεσθαι δύονται. Omnes causa calida & secca arden-  
tes excitare queunt.

Ad harum procreationem multum conferunt RES NA-  
TURALES.

TEMPERAMENTUM τοῦ δικαιοσύνης, ad iustitiam, vel  
JUSTITIALE primum tenet locum, non solum totius corpo-  
ris, sed & singularum partium. Hoc si deflectat, fit INTEM-  
PERIES NATURALIS, quae ad febres apta reddit corpora.  
Hinc recte Avicenna libr. 4. canon, non sufficere, causas novis-  
se, quae febrim producere queunt, sed & corporum ad fe-  
bres recipiendas aptitudinem & dispositionem ad unguem in-  
quisivisse, necessarium omnino esse, differit. Febrilis invasio-  
nunquam ferè hominem occupat, nisi primò ac præcipue e-  
jus temperamentum fuerit dispositum.

Ad febres biliosas disponit temperamentum CALIDUM  
& SICCUM, juxta Galenum 8. meth. med. cap. 8. η ἐποιητάτη μέση  
δυσηρασία εἰς πυρετὸς η θερμὴ καὶ ξηρή. Opportunissima ad febres  
calida & secca intemperies.

PARTIUM CERTARUM, cordis & hepatis in primis ni-  
mia caliditas incendium tale excludit.

Quin & CALIDUM & HUMIDUM ad causā generatio-  
nem multum facit, præsertim η πλήθωρα τοῦ αἵματος καὶ δύρα-  
μη putredini generandæ aptissima, & ad malignitatem procre-  
andam optimè est disposita.

MODUS SUBSTANTIÆ in cordis parte solidâ, spiritua-  
sâ & atomorum calidorum nimiâ quantitate consistit, & ideo  
fores morbo aperit.

RARUM CORPUS ab externis injuriis facile altera-  
tur.

HABITUS corporis DENSUS ad multas disponit ægritu-  
dines, quae per insensibilem Αἰγανόν evacuari debent, retinet,  
fuliginum acrum & fervidarum pullulaginem adauget, & ita  
ad intemperiem febrilem producendam efficax est. Transpi-  
ratio prohibita, quam Zacharias Lusitanus pro solâ causâ putredi-  
nis im-